

1. Michaelis / Joh. Georg / diff. de viro stante
inter Myrtos, Halle 1739.

2. Moller / Christoph Gottfr. / diff. de genuina
vorum xarakter et ypostasi notione,
Lippie 1738.

3. Mosheim / Joh. Laur. / diff. de Jesu Christo
vindice dogmatis de mortuorum ad
vitam reditu, Helmst. 1740.

4. Müller / Gottfr. Ern / diff. de papolatris.
Lippie 1726.

Müller / phil. / diff. de jure Dei in Homines,
Jena ~~1767~~ 1701.

diff. de regno Israelii restaurato,
do, Jena 1704.

crocodilus lachrimans, Jena 1733

diff. de Jesu Christo deandropo, Jena
1704

diff. de gloria
Casp. Gottfr. / diff. de gloria
herundi, Jena 1661.

DISPUTATIO THEOLOGICA SOLENNIS,
DE
PECCATO
SUB SPE VENIÆ
COMMISSO,

AD ROM. VI.

QVAM,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO AUGUSTO,
PRINCIPE REGIO, ET ELECT. SAX. HEREDE, &c. &c. &c.
SUB PRÆSIDIO

IO. GEORGII NEUMANNI,
SS. THEOL. D. PROF. PUBL. ALUMN. ELECT.
EPHORI, ET ACADEM. BIBLIOTHECARI,
PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS CONSEQVENDIS,
DEFENDET

M. FLORIANUS *Slepperbein /*

Haftenus Scholæ provincialis Jeveranæ Rector, nunc vero Consi-
liarius Ecclesiasticus Servetta-Anhaltinus, Jeveranarum Ecclesiarum
Superintendens. & Pastor Primarius oppidanus designatus,
AD D. XXIX. JUN. A. O. R. c. 1766 II.

Horis ante- & pomeridianis.

DENUO EXCUSA.

WITTENBERGÆ, LITERIS MEYERIANIS, 1714.

(4)

DEBUTATIO THEOLOGICA SOBERNENSIS

DE

PECCATO

SUB SPE VENIAE

COMMISSO

AD ROM. VI.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DR. FRIDERICO AUGUSTO

PRINCIPIS REGIO ET ELECTORIS SAXONIAE, SEC. SAC. SAC.

IN PR. RESIDIO

IO. GEORGII NEUMANNI

SS. THEOL. D. PUBL. ALUMNI RELECT.

THEOL. ET ACAD. PASTORIS

PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS CONSECRANDI

DETERMINAT

M. FLORIANUS

HE. SENES SCHOLAE PROVINCIALIS IUVENIS RECTOR, ANNO 1710 CONS.

SUPPLEMENTORUM & PASTORIS PRIMARIUS OPPIDANUS HELIGNAE.

AD D. XXIX. JUN. A. D. R. 1711. 11.

Hortus anti- & pomeridianus.

ANNO MDCCLX.

IN LIBRARIA & TYPIS MANNINGII





§. I.



Peccatum aliud alio esse gravius, jam olim adversus Stoicos, & qui in horum abiere sententiam, evictum est. Tametsi enim æqualis omnium peccatorum *ἀνομία* sit, & qui in unam impingit legem, totius simul decalogi evadat reus, Jacobo teste, *c. II, 10*, tamen in ipso met reatu, cum culpæ, tum pœnæ, certi quidam gradus sunt, quibus fit, ut aliis atrociora, aliis mitiora supplicia decernatur. Et hujus quidem reatus discrimen Christus ostendit, ubi decalogum a corruptelis Phariseorum vindicat: *Dico vobis, quod, quisquis irascitur fratri suo temere, reus erit judicii; quicumque vero dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilii; quisquis autem dixerit, fatue, reus erit incendii gebernae, Matth. V. 22.* Distincta enim hæc pœnarum genera diversitatem reatus haud obscure indicant. Itaque peccata nonnulla *festuca*, alia vero *trabi* assimilantur, *Matth. VII, 3.* Ac proinde in servum, qui voluntatem heri intelligit, neque tamen facit, gravius constituitur supplicium, quam qui illam non cognovit. *Luc. XII, 47.* Quin & cum Sodomæis mitius aliquando, quam cum Capernaitis, actum iri, Christus pronuntiat. *Matth. XI, 23.*

§. II.

Ac gravioribus quidem peccatis haut dubie accensendum illud venit, quod *sub spe veniæ consequendæ* committitur, & ab Apostolo C. VI. ad Rom. graphice delineatur, *τί ἐν ἐξέσει: ἐπιμενόμεν τῇ ἀμαρτία ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; v. 1. & v. 15. τί ἐν; ἀμαρτήσωμεν, ὅτι ἐν ἰσμῆν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο.* *Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. It: Quid igitur? peccabimus, quod non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.* Non est, quod textum subjiciam integrum, aut κατὰ πῶδα interpretet, cum omnibus obuius ille sit, & a præstantissimis interpretibus explicatus obunde. Qua tamen ad existentiam juxta & naturam hujus peccati faciunt, breviter ex hoc loco ostendemus.

§. III.

Existentiam hujus peccati Apostolus prolixè demonstrat, sive Elencticam ejus concionem, sive paraneticam respicias. Nam, cum de gratia peccatis prævalente oraculum edidisset: *Ubi exuberavit peccatum, ibi magis exuberavit gratia c. V, 20.* Pseudapostoli, vel, quicumque fuerant, hostes Evangelii, gemina objectione hanc assertionem impugnabant, quarum altera ex hypothesi impiorum, atque secure viventium, v. 1. altera vero ex mente justificatorum, & in fide persistentium ducebatur, v. 15. Ac prior quidem illa in hunc modum concipi posse videtur: *Quorumcunque peccatis augetur & illustratur gratia Dei, iisdem in peccatis libere permanere, & sub spe gratia recuperanda perseverare licet: Atqui impiorum hominum peccatis augetur & illustratur gratia Dei, Ergo. Majorem* haud dubie probabant ex eo, quod peccatum sit medium

dium amplificandi gratiam DEI; jam, qui vult finem, (gratiam DEI) idem debet velle media ad finem ducentia (peccata.) Minor autem araculo Paulino nitebatur jam antea allegato. Verum ad hanc sophisticationem respondet vir ὁσιπρευς ὁ initio, illationem negando: *ὡν γένοιο, ἀβή!* id quod tantundem valet, ac si dialectice dixisset: *nego connexionem majoris.* Deinde haud obscure eandem limitat: *Quorumcunque peccatis*, tanquam mediis per se bonis, & ad gratiam divinam proportionatis, *augetur gratia Dei, iis demum perseverare in peccatis licet.* Nam regulæ adductæ sensus genuinus hic est: *Qui vult finem, eidem quoque de mediis dispiciendum est, non illicitis, & per accidens ad finem reductis, sed licitis, & per se ad finem ordinatis;* Non enim *sunt faciendâ mala, ut inde veniant bona*, ceu Paulo ante docuerat Apostolus, *c. III, 8.* Itaque hinc concidit minor Propositio: quandoquidem impiorum peccata non sunt media *per se bona*, & ad augendam Dei gratiam ordinata, sed *per accidens* fit, divinæque sapientiæ argumentum est, quod medium per se non bonum, ad salutarem tamen finem convertatur, atque hinc exuberantia gratiæ divinæ illustretur. Denique thesin suam, quæ hæc erat: *non ex fiducia gratiæ in peccatis perseverandum esse*, uberior confirmat. Ac primam quidem rationem ducit ab *impossibili*, scilicet *moralis.* Quam enim fieri non potest, ut qui mortuus est, simul vivat: tam quoque *ἀδύνατον* censet, ut, qui peccato moritur, in eodem simul vivat, *vers. 2.* Ut enim *de facto* id contingere possit, tamen *ex debito & consilio divino*, fieri haud posse docet; id quod *moraliter impossibile*, cum Philosophis, appellamus. Idem & res ipsa comprobat. Nam gratia Dei *ad penitentiam invitât*, *Rom. II. 4.*

Contra vero impietas in peccatis perseverans, hominem a poenitentia retrahit ac repellit. Iterum: gratia reatum culpæ simul, ac poenæ tollit, *Rom. III, 24.* ex aduerso autem peccatum eundem accendit & auget. Atque hoc Apostolus elegantissima phrasi, a morte hominis sumpta, explicat. Uti enim mors corporalis nos privat actionibus vitalibus; ita quoque mors spiritualis nos privat actionibus peccaminosis. Nam *mori peccato*, h. l. idem est, ac reatu peccati absolvi, *Conf. v. 4. nec non renovari*; ideoque verbo *mortificationis* alibi effertur, *Col. III, 5.* Aliud autem est, *mori peccato*, in casu sexto, aliud in casu tertio. *Mori peccato*, in casu sexto, *legi*, quod idem est, *mori in peccato*, est ab eodem superari, tandemque per peccatum perire, *Job. VIII, 21. 24. Eph. II, 5. Col. II, 13.* Contra vero *mori peccato*, in casu tertio, est peccatum superare; *vivere* autem *peccato*, est eidem indulgere. Neque vero hinc omnimoda peccati sublatio adstruitur, ut pontificii contendunt. Nam sicut *vò mori legi*, *Gal. II, 18. 19.* non est expertem plane legis esse, siue omnem legis sensum penitus exuisse; sed rigori legis non esse subiectum, nec maledictionem ejus experiri: Sic *mortuum esse peccato*, est a reatu & dominio peccati liberatum esse, non autem peccato ejusque sensu penitus vacare; siquidem justificati adhuc quotidiana mortificatione opus habent, ut magis magisque ab eadem liberentur, ceu præclare observat B. Calovius, *Bibl. Illustr. ad h. l. Alterum* argumentum Apostolus *a medio salutis*, scil. Baptismo, petit. *An ignoratis, quod, quicumque baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptizati sumus? v. 3.* Nervus concludendi in hoc consistit: In baptismo Christum induistis, ceu justitiæ tegumentum, *Gal. III, 27. Ef. LXI. 10.*

i. c.

i. e. meritum passionis & mortis vobis appropriastis, ut Apostolus Phrafi, *in mortem baptizari*, indigitat: Ergo turpe foret, per dominium peccati, tanti hujus beneficii jacturam facere. *Tertium* argumentum a flatu exinanitionis & exaltationis depromitur. Habet hoc in more Apostolus, ut cum in studio parænetico versatur, ex actibus exinanitionis & exaltationis Christi ducat rationes, *conf. Gal. III, 19. c. V, 24. Phil. II, 4. s. seqq. Col. II, 12, 13. seqq.* Ita h. l. sepultura meminit, *v. 4.* atque in hunc modum colligat: Sicut sepultura Christi obsignaculum & argumentum erat mortis exantlatæ, reatus finiti, & execrationis ablata: ita vos *consepulti estis cum Christo, per baptismum in mortem*; i. e. Baptismus vobis quoque collatus fuit, velut obsignaculum, ad mortem peccati, atque sublationem reatus & execrationis, declarandam, *2. Cor. V, 15. 16.* Itaque vel hoc nomine peccatum reviviscere & denuo regnare ne patiamini. Simile quoque entymema promittit ab *actû resurrectionis*: Christus est excitatus mortuis, per gloriam Patris, ut vitam gloriosam ingrederetur; nec peccatum ullam jus amplius in illum obrineret; Ergo & vos, excitatos veluti a mortuis, *in novitate ambulare decet, v. 5.* Sed unde vires, ut novam inchoemus vitam? responderetur, ex Baptismo, hic enim fecit, *iva, ut baptizati, in novitate vitæ ambulare queamus, v. 5.* cetera quæ in textu occurrunt, argumenta luce sua radiant, ut tandem ex his omnibus Apostolus concludat: *ne regnet igitur peccatum in mortali corpore vestro, ut obediat illi per cupiditates ejus: neque accommodetis membra vestra arma injulitia peccato, sed accommodetis vosmet ipsos Deo, veluti ex mortuis videntes, & membra vestra arma iustitia Deo, v. 14. 15.*

S. IV.

Altera, quam diluit Apostolus, obiectio, spectat ad *Justificatos*, quos ita alloquitur: *Vobis peccatum non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia, v. 14.* Atque hinc novum movebant dubium adversarii: *Quid ergo peccabimus, quod non sumus sub lege, sed sub gratia?* Sunt ex nostratibus, qui non novam, sed repetitam tantum objectionem hanc ipsam esse existimant, sed nolim Apostolo in argumentotam arduo affingere *ταυτολογίαν*. Rectius Melanchthon, Calovius noster, Cornelius a Lapide, alique plures hanc objectionem plane distinctam ab altera agnoscunt, & a statu justificatorum petitam esse censent. *Dixisti, o Paule, nos non esse sub lege, sed sub gratia, ideoque peccatum nobis non posse dominari; ergo licenter & impune legem transilire & peccare possumus, atque indulgere nostris concupiscentiis & peccatis, quia liberi sumus, & quicquid faciamus, peccatum nobis dominari nequit: sed nos potius peccato & concupiscentiis dominabimur, si pro lubito eas accersamus, vel repellamus, hoc enim est argumentum Libertinorum etiam modernorum, verba Cornelii a Lapide sunt, Comm. ad h. l. In terminis vero evidentibus ita colligeres: Quicumque non sunt amplius sub lege, sed sub statu gratia, illi, velut securi de gratia DEI, concupiscentie frenas laxare impune possunt: Atqui Justificati, juxta doctrinam Paulinam, non sunt amplius sub lege, sed sub gratia; Ergo. Major aliquam veri speciem vel inde habet, quia lex est agendorum norma, ex qua & agnoscitur peccatum, & homo de peccato arguitur: qui proinde non amplius sub lege vivunt, eosdem quoque lex nec arguet, nec condemnabit. *Ubi enim non est lex, ibi nec transgressio legis, Rom. IV, 15. Mino-*
*rem**

rem suppeditaverat Apostolus: *Non estis amplius sub lege sed sub gratia.* Verum etiam hoc discutit Apostolus, & particula sibi familiari negat *majorem: μή γέωρο, absit, hoc inde non sequi;* addita quasi limitatione in hunc modum: *Quicumque absolute & simpliciter amplius non sunt sub lege, sed sub gratia, illis demum impune peccare licet.* Jam vero de justificatis id affirmari non potest; nec sententia Paulina id intendebat. Tametsi enim ratione *maledictionis & rigorose exactionis*, non amplius sub lege sint justificati, quod assererat Apostolus, qui eodem sensu, *Iusto legem non esse positam*, inquit, *I. Tim. I, 9.* tamen adhuc sub lege sunt, cum ratione *directionis*, tum quoque ratione *obedientiae & observationis.* Unde & *legem dominari* dicit homini, *quoad vivat*, *Rom. VII, 1.* ac præterea *debitores legis* appellat fratres suos, ut ut jam justificatos. Breviter: *Justificati non sunt ὑπόνομοι: neque tamen ἀνομοι, sed potius adhuc ἰνομοι* i. e. ad conformem legi vitam obligantur. Atq; hanc assertionem ulterius confirmat Apostolus, ac *primum* argumentum petita vi relatorum: *Quemcumque dominum quis agnoscit, eidem quoque obsequium præstare tenetur, v. 16.* jam vero justificati Christum agnoscunt dominum suum: Ergo eidem quoque obsequium debent. *Secundum* a dignitate verbi Evangelici desumit: *per gratiam DEI traducti estis in formam doctrine Evangelicæ, v. 17.* Ergo dignam Evangelio vitam agere oportet. *Tertium* a statu prioris vitæ depromit: *Justificati a peccati reatu liberati sunt, & justitia Christi donati, v. 18.* Ergo conjugere eandem cum injustitia minime convenit; *quod enim consortium est justitiæ cum injustitiâ? 2. Cor. VI, 14.* *Quartum* argumentum a fructu prioris vitæ fluit: *Justificatos*

B

putat

putet & poenitet vitæ transactæ, quæ membra immunditiei præbebant ad aliam & aliam iniquitatem, v. 19. ecquis ergo ita sibi male consulat, ut redire velit ad vomitum priorem? *Quintum* a fine peccati: finis ultimus mors est, v. 15. nemo autem volens ruit in mortem: ergo hominis justificari non est petulanter & contra conscientiam peccare. *Sextum* a consequenti justificationis petitur, scilicet *Sanctificatione*, & quæ hanc excipit, *vita æterna*, v. 22. ecquis vero hujuscuram non habeat? Tandem vero ad Prævisam objectionem: *Si Rex sanctimoniam fuit beatitudo, ecquid opus est gratia & merito Christi?* illico respondet: peccatum quidem mereri mortem, veluti mercedem; at vitam æternam gratis & circa meritum donari; unde epiphonemate perquam significanti concludit: *Stipendium quidem peccati mors est; donum autem DEI, vita æterna, per Christum Jesum, Dominum nostrum, v. ult.* Tanta quidem mole argumentorum premebat adversarios suos Apostolus, ut evinceret, Evangelium nequaquam asylum quoddam securitatis esse, quin potius hominem, cum impium & Epicureum, tum regnitum & justificatum ad sanctimonium, per illud invitari, adeoque legem hoc pacto, vel maxime stabiliri.

S. V.

Equidem non obstat, quo conclusiones Apostoli dominium saltem peccati feriant, & iteratæ illæ persuasiones eo spectent, *ne regnare one dominari* sibi peccatum patiantur auditores, unde & nonnulli sub notionem *peccati regnantis* istud comprehendunt, nec seorsim explicant, imo, ne peculiari quidem nomine distinguunt. Verum, utut facile concedamus, peccatum regnans, *synonymum Logicum* esse hujus ipsius peccati, adeoque de ratione communi

ni peccati regnantis participare, negamus tamen, esse *synonymum Grammaticum*, & cum eodem specificè convenire. Nam differunt initio, *ratione subjectorum*, Peccatum regnans cadit in irregénitos, at non peræque peccatum sub spe gratiæ commillum, quippe quod omnis gratiæ salutaris ignari sint gentiles. Quin & ex regénitis quidem evadunt athei indurati, desperabundi, in quibus regnare peccatum & tyrannidem suam exercere nemo negaverit; at vero cum hi ipsi vel nausent DEI gratiam, vel penitus de ea desperent, haut quaquam illos sub spe gratiæ peccatum committere dixeris. Differunt præterea *ratione formæ specialis* peccatum regnans in actuali laxatione praviæ concupiscentiæ, consistit: at vero hic non sufficit laxare frena concupiscentiæ, sed insuper inanis accedit persuasio de gratia DEI, vel retinenda in actu peccaminoso, vel tamen iterum recuperanda: quæ determinatio hoc peccatum ab altero satis distingvit. Ex quibus adeo conficitur, non simpliciter cum peccato regnante retrocurrere hoc peccatum, sed, ut distinctum quandam speciem, sub illo contineri: & Apostolum adeo, cum a peccati domino suos revocat, eadem opera, unoque velut complexu, hanc ipsam quoque, quam ante diserte nominaverat, peccati regnantis speciem rejicere ac detestari.

§. VI.

Sed, ut naturam hujus peccati aliquanto expendamus penitus, ex legis methodo, definitionem præmittemus, ut ea, veluti cynosura ad explicationem rei uberiorem deducamur. *Est itaque peccatum sub spe veniæ commissum, nihil aliud, quam peccatum regnans, quo homo regénitus, sub spe vel retinendæ, vel certo recuperandæ gratiæ, concupiscentiis*

B 2

carnis

carnis ita indulget, ut ne a gravioribus quidem delictis sibi temperet, ad bonum aliquod imaginarium consequendum; quo tamen fit, ut, nisi vera subsequatur penitentia, aeterna excidat salute. Alio quodam nomine dixeris *abusum gratiae divinae*: Item *temerariam persuasionem impunitatis*, & cum practicis auctoribus nostris, dic *Sünde auf Gnade*.

§. VII.

Itaque Genus istius Peccati constituimus *peccatum regnans*. Multo enim latius hoc patet, nec tantum nomen, sed definitionem quoque *τῆς ὁσίας* huic peccato, ceu speciei, communicat. Quæ proinde res postulat ut ipsius peccati regnantis naturam quoque non nihil evolvamus. Peccatum regnans haud dubie inter actualia peccata referendum est. Vitiosos enim actus vel ipso nomine suo sinit, quo regni, dominii & tyrannidis actiones multo efficacissime describuntur. Neque tamen desunt inter Theologos, qui sub divisionem hanc ad Originale peccatum referunt: Ita B. Meisnerus, *proprie loquendo*, inquit, *hæc peccati actualis, sed peccati originatis*. Hoc enim duplicem habet conditionem; *vel dominatur, vel mortificatur*, id quod de actuali peccato dici nequit. *Originali enim soli competit vel regnare in corpore, vel non regnare, sed suppressi.* Anthrop. Dec. I. Disp. IX. Qu. 1. S. 2. Quem sequitur B. Kœnigius noster, *Peccatum regnans non est synonymum*, inquiens, *peccati voluntarii*; Nam si *pbrasis Biblica*, Rom. VI, 12. accuratius consideratur, *τὸ regnare & non regnare peccato saltem originali, non actuali, tribuitur*. Illud igitur regnare dicitur, quando homo ejus irritationibus obsequitur; non regnare, quando ejus concupiscentiis obex ponitur. L. de Pecc.

§. 117. Uterque ad hunc Apostoli locum provocat, eundemque de concupiscentiæ originalis eruptione saltem & motu interpretantur. At plerique alii peccatis actualibus, & mortalibus quidem, hanc distinctionem subjiciunt. Hutterus certe in *Locis CC.* p. 351. Gerhardus, L. de peccato §. 103. Dietericus etiam in *Instit. Catech.* p. 252. ad actualia peccata hanc distinctionem referunt. Hullemannus autem pro hac sententia contendit ac dimicat, circa distinctionem, inquit peccati actualis in regnans & non regnans, in mortale & veniale, advertendum est, quanquam unumquodque peccatum mortale, naturali suo demerito expellat inhabitantem Spiritum S. non possit tamen affirmari, quod illico unicus ille actus evadat in peccatum regnans & actu secundo ac semper expellens Spiritum S. adoptionis, seu sensum gratia justificantis. Regnans enim peccatum non tam a vehementia & violentia superantis appetitus, quam a frequentia & continuatione dominii sic denominatum est. Lapsus in peccatum contra conscientiam non illico dicitur peccatum regnans, sed duratio & continuatio, quando stimulantem affectui vel plane non resistitur, vel tepide & frigide resistitur, nec vitatur peccandi occasio per gubernationem locomotivæ. i. e. per fugam loci, temporis, personarum ad peccati iterationem, vel continuationem irritantium. *Vind. S. Script.* p. 274. Difficultas in duobus potissimum momenti consistit, primo, an quodvis peccatum regnans actuale & voluntarium sit, quod affirmandum duxerim per hunc textum. Nam a) scopo Paulino repugnat, exigere tot argumentis a regegnitis, ut ab emanationibus peccati originalis liberentur: cum semet ipsum hoc pacto accusasset,

quippe qui se deprehenderat carnalem, & sub peccatum
 venditum; qui malum, quod non velit, tamen faciat;
 qui legem peccati in membris suis rebellantem & captivan-
 tem sese deprehendat, ut nec ab ea liberari queat, Rom. VII,
 14. 20. 24. Turpe autem est doctori, si culpa redarguat
 ipsum. b) Peccatum, de quo agitur, per integrum fere
 Caput, cum domino comparat Apostolus; dominari au-
 tem & imperium regere, actionem longe gravissimam est.
 se quis nescit? Sicut ergo parum est educere copias, &
 primum impetum facere in urbem, summum contra ne-
 gotium occupare provinciam & regnare: ita quoque pec-
 catum originale pravos quidem motus excitat, sed actuali
 illud longe gravius est, quod omnibus hominis parti-
 bus, velut armis, utitur; ut, manu ad verbera, lingua, ad
 obtreccionem, oculis, ad vanitatem, atque his dimicat, sæ-
 vit, & in reclamantem conscientiam dominatur, id quod
 phrasas innuunt: *Manere in peccato, v. 1. Vivere in peccato,*
id. quod regnet peccatum in toto mortali corpore: dominetur,
homini, &c. c) Voluntarium autem & cum deliberatione
 conjunctum esse, vel hinc docetur, quod *obedire homo*
dicitur peccato ad cupiditates suas. v. 12. Id quod consensum
 voluntatis arguit; quod *accomodare membra dicitur, ut*
fiant arma injustie ad perpetrandum peccatum, v. 13. item
quod prebeat membra impuritatis, ad aliam atque aliam ne-
quitiam, v. 19. το παροικειν autem, quod sistere, addicere,
 exhibere notat, actionem proæreticam clare demonstrat.
 Ac ista quidem proæresis ante peccatum, cum quadam sub-
 inde lucta & repugnantia conjuncta est, quandoquidem re-
 geniti h. l. servis comparantur, qui antequam se penitus domi-

domino subjiciant, reluctari solent, Gal. V, 17. post commissum vero peccatum, quædam complacentia succedit, quam textus noster servile obsequium, v. 19. Scholastici *morosam* (continuum) *delectationem* vocant. vid. *Amicus cursu Theol. T. III. p. 206.*

§. VIII.

Altera vero difficultas, quæ animos quorundam distrahit, huc reddit: utrum *duratio* & *habitus* ad naturam peccati regnantis ut sic, requiratur? Quod constanter asserit, B. Hulsemannus, quando tum demum peccatum voluntarium, regnans esse dicit, cum *duratio* & *habitus* accedat, *Prælect. in F. C. p. 353.* Atque in hoc se præviam habere Scripturam existimat: *Peccati regnantis periphrases*, inquit, *semper includunt durationem aliquam, & continuationem peccati contra conscientiam, ipsique peccantis describuntur, non tanquam semel decepti, vel etiam superati, tyrannide affectuum suorum, sed tanquam perpetua continuatione, servi aut uxores quasi peccati, Rom. VII, seqq. tanquam, qui obtorpuerunt, & alacritatem resistendi amiserunt, ut vel nunquam, vel impotentissimi reluctentur peccato, Eph. IV, 19. ib.* Nec diffiteor hanc ipsam jam dudum mihi arrisisse sententiam, siquidem popularis illa est, & practicis potissimum auctoribus recepta. Sed enim vero, cum recogitem, & illum dici Regem, vel consulem, qui in regimine ne diem quidem integrum transegit, nec illum regis potestate destitui, qui regnandi prudentiam nondum acquisivit; existimo, peccatum regnans ut sic, præscindere ab illa temporis circumstantia, & habitus continuatione, nec proinde ad essentiam ejus pertinere, sed esse tamen indivulsa ejus attributa, & veluti gratus, ex quibus hoc peccatum vel ma-
xime

xime dignoscatur & dijudicetur. Neque vero ideo negari debet peccatum aliquod regnans, quod ad breve tantum tempus sibi rapiat & usurpet dominium, B. Calovius inquit, *Theol. Apostol. pag. 309.* Quin potius, peccatum regnans habet suos gradus, prout dominium carni concessum, vel continuatur, vel citius inhibetur, ut B. Carpzovius loquitur in *Disp. Isagog. p. 709.* Unde Feuerbornius, in *Disp. adv. Robertum Sarisburiensem*, distingvit, inter peccati regnum & inter gradus regni: Illud in ὕπακοῇ, dum peccato scilicet obedimus, hos vero in majori minorique successu collocat *Opp. p. 1057.* Nec aliud ex textu nostro colligitur. Nam, cui vos ipsos accommodatis servos ad obediendum, ejus servi estis, v. 16. Jam assumo: Qui secundum carnem vixerint, illi accommodant se ipsos ad obediendum peccato: Ergo, qui secundum carnem vixerint, sunt servi peccati, & committunt peccatum regnans: Iterum a quo quis superatus est, ejus servus factus est, 2. *Petr. II, 19.* Atqui, quando renati committunt opera carnis, tum a peccato superati sunt; Ergo quando renati committunt opera carnis, tum peccati sunt servi, & peccatum ipsis dominatur. Ceterum hujusmodi peccator sive renatus, sive irrogenitus sit, in delictis mortalibus sibi placet, soporat conscientiam, Spiritus S. gratiam repellit & excutit, tandemque condemnationem aternam incurrit, nisi subsequatur conversio.

§. IX.

Atque hæc omnia in peccatum sub spe veni commissum quoque coinfluent, & velut communia, sub sua specie continentur. At existunt tamen illius conditiones quædam singulares, quæ nunc evolvendæ restant. Ac primo quidem non nisi ad regenitos extendendum hoc peccatum esse

esse existimo; siue jam statu gratiæ exciderint, siue in illo persistant. Qui enim a notitia gratiæ Evangelicæ profusus, alieni sunt, illius sibi spe ac fiducia blandiri haud possunt. Atque hoc de irrogenitis ac paganis notius est, quam ut prolixè debeat confirmari: *liquidem alienati sunt a republica Israël, & extranei a testamentis promissionis, spem non habentes, imo à Deo in mundo Eph. 11, 12.* Ceterum, quod regenitos attinet, vicissim illos ex Apolloli mente distingvo. Sunt enim, qui peccatis indormiunt, & gratia Dei turpiter abusi, vocem Epicuream reperunt: *manebimus in peccato, ut gratia DEI abundet.* Atque hoc refero Lamechi exemplum, impij illius & flagitiosissimi hominis, qui a parentibus rectè institutus, polygamiæ, ac gemini præterea homicidii crimine se polluerat. Cum autem conjuges ipsius hoc nomine contristarentur, metuentes, ne poena Dei in universam familiam defaviret, gloriatus ille de utroque facinore, respondit: *Quid tum? occidi virum in vulnus meum, & puerum in plagam meam:* Sed tamen nunquam fiet, ut propterea plectar. Nam Caini, tritavi mei, exemplum me solatur, cui Deus veniam illico impertitus est: comminatus præterea gravissimam ultionem, qui manus ei sit illaturus: *Septies petetur ultio de Caino, de Lamech vero septuagesies septies, Gen. IV, 2.3.* quasi dicetet: Si tam gravem Deus poenam decrevit interfectori Caini, longe graviolem illi decernet, qui mihi mortem intentare aulit. Justior enim causa mea est: Ille occidit fratrem, ego vero religiosulos quosdam, & turbatores tranquillitatis publicæ e medio sustuli: quid? si majus est delictum meum, majorem quoque Dei misericordiam erga me fore, confi-

-271

C

do.

do. Ita verbum gratiæ, quod de Caino exstat, v. is. depravabat, & sub spe veniæ consequendæ in peccato persistebat. Aliud nunc & paulo luculentius exemplum, in muliere meretrice ostendo, quod latius describit Salomo, *Prov. VII. 10.* Ecce, mulier obviam juveni erat ornatu meretricis & corde securo, inquieta illa & vagabunda, que per omnes angulos eidem insidiabatur. Hac complexa & osculata eum est, obfirmavitque facies suas. Quid vero illa? placatum sibi Deum fingit, & ad hæc flagitia conniventem; itaque pergit: *Sacrificia pro salute hodie feci, ac reddidi vota mea.* Ita igitur, *inebriabimur amoribus usque ad matutinum; gaudebimus in amoribus, &c.* Non dememorat quidem illa, Deum expiandum esse pro admissis, sed & pro futuris eundem placatum iri confidebat, adeoque ex hac tam futili persuasione in flagitiis pergebat. In quam sententiam Calovius, sub Schemate pietatis, inquit, *allicit*, quod sacrificia Eucharistica, ex voto pridem factò, jam obtulerit, & convivium sacrum, pro more, inde appararit, ad quod juvenem sibi occurrentem invitatum cupiat, & persuadere ei ita, vult, se a pietate non adeo alienam, Deumque jam placatam peccatilla hæc venialia non adeo curaturum esse. *Bibl. Illustr. ad b. l. Conf. B. Geierus. ad eundem.*

§. X.

Præterea nec eorum desunt exempla, qui in statu gratiæ quidem vivunt, attamen per hujusmodi peccatum, gratiæ istius faciunt naufragium. Aaronem intueamur, virum a Deo ipso delectum, quem tamen, constat, in horren-

rendum Idololatriæ crimen, incidisse, *Exod. XXXII, 4.* Mirum dictu, virum tantæ integritatis, & qui ad intimus DEI alloquium admittebatur, a DEO tam turpiter defecisse. Sed cum urgeretur a populo: *Fac nobis DEOS, qui nos præcedant*; indulgendum censebat populo rebelli, Deumque verum, cujus tor in gentem Israelis extarent misericordiæ exempla, sacrificiis solennibus, iterum expiatum iri confidebat. Sicque adeo malum admittebat, ut inde evenirent bona; ut recte judicat Joannes de la Haye, *Comm. in Exod. p. 739.* Et quid obstat, quo minus Davidis huc referam delictum? *2. Sam. XI, 2. seqq.* Sane adulterium hoc regnantibus peccatis accenset Hœpfnerus, *LL. p. 243.* & Feurbornius, *Opp. p. 1956.* Nec profecto dubium est, quin Rex, insignis speciei fœminam conspiciens, colluctatus secum fuerit de crimine perpetrando. Nunquis autem credat, Regem adeo illuminatum, in delinquendi proposito de recuperanda gratia & consequenda salute non cogitasse? Etiam, cum per aliquot menses, imo annos, in eodem delicto persistit. Sane ad gratiam divinam, cum grande flagitium deflueret, illico se recepit, & hanc quidem unam imploravit: *miserere mei, Deus, juxta misericordiam tuam: juxta multitudinem miserationum tuarum, dele prævaricationes meas. P/LI.*

§. XI.

Hic velut inter scopulos versatur; quandoquidem oritur quæstio: *An regeniti per ejusmodi peccatum excidant fide, ita quidem, ut ne viva quidem notitia, sed literalis*

tantum, adeoque idolum, loquuntur, & umbra saltem fidei in iis superfit? Alterum adversus Reformatos, affirmandum, alterum vero adversus novatores modernos negandum est. Ac contra illos quidem orthodoxi ex scripturis docent, *renatos* quidem & *totaliter* & *finaliter* excidere gratia posse; *electos* vero (quos pro iisdem habent illi) si minus *finaliter* excidant, per *Matth. XXIV, 21. Rom. VIII, 29. 30. totaliter* tamen, per peccata contra conscientiam, gratiam DEI, adeoque fidem, ratione fiducia, ad tempus amittere. Idque exemplis paulo ante adductis abunde confirmatur. Nam nec Idololatræ, nec homicidæ, nec adulteri regnum DEI hæreditabunt *1. Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19. 20. 21.* Omnes autem vere credentes regnum DEI possidebunt, *Jo. III, 16. 36.* Itaque nulli in Christum vere credentes, qua tales sunt & manent, sunt idololatræ, homicidæ aut adulteri. Simul ac vero tales evaserunt, fidem salvantem penitus excusserunt. Atque hoc ulterius sic conficitur. Ubi vera contritio, odiumque & detestatio adulterii est, ibi locum non invenit adulterii perpetratio, in sensu videlicet composito, quatenus adest detestatio hujus peccati. Iterum: Quicumque homicidium committit, ille non amplius habet fiduciam filialem, ex qua possit Deum appellare Abba, seu patrem suum benignum; quia excidit jure filiationis; contra vero lex ipsi incussit timorem servilem, ita ut singulis momentis DEUM metuat vindicem, pœnasque temporales & æternas exhorrescat: nam timor servilis, & filialis *ἀδύνατα* sunt, *Rom VIII, 15.* In quam sententiam pulcre differit B. Chemnitius: *Quando fides in peccatis non amplius retinet & exercet suam proprietatem, sed degenerat in Epicurean-*
im-

impunitatis persuasionem (hæc est illa spes veniæ) quomodo in homine subsistere poterit? Quod inde facile ostendi potest; quia vera fidei proprietas est, promissionem Evangelii in sano sensu amplecti, & corde contrito in Christo querere peccatorum solutionem seu liberationem a peccatis. Fructus denique vera fidei est, non peccato, sed justitia vivere. Quicumque ergo horum alterutrum constanter intermittit, quomodo veram fidem retinebit; Et paulo post: Fides quoque amittitur, quando animus sine poenitentia concipit & induit talem opinionem, seu persuasionem, quod velit & possit in peccatis perseverare & pergere, ac nihilominus propter Christum DEI gratiam habere & retinere. Manifestum autem est, talem fidem non esse veram. Illa enim non hoc quaerit in Christo, ut libere possit peccata contra conscientiam exercere & cumulare, sed ab illis solvi. Chemn. LL. P. III. p. 102.

Ceterum Pietistarum strophas quod attinet, sæpius excussæ illæ sunt, nec proinde dignæ, quæ toties reducuntur in scenam. Nemo enim negat, fiduciam illam salutarem, a mortaliter & contra conscientiam peccante amitti; at remanet tamen illis gratia illuminationis & notitiæ, nec non gratia convictionis & assensus. At inquires, per hanc gratiam, fidem non nisi cerebrinam, & quoddam quasi mentis idolum reddi? illud vero est, quod negamus. Utraque enim gratia, quæ mortaliter lapsis relinquitur, vera, viva & ex intentione DEI salutaris est. Quod ne prolixius probem, exemplum ipsius Davidis repeto; quippe qui statu lapsus, per vivum Jehovaham jurabat, quod oppressor istius pauperis sit vir mortis; annon vera hæc Jehovahæ vindicis notitia fuit, annon verus assensus? eadem hæc gratia viva in illo

& salutaris fuit, quando doluit de admittis: peccavi *Job*, 2. *Sam.* XII, 5. 6. *seqq.* Plura de his suppeditabit *Dr. D. Schelwigii Synopsis contro. Pietist. Art. 1. §. 7.*

§. XII.

deinde, altera, & præcipua quidem, conditio a formali hujus peccati petitur, siquidem illud *sub spe gratiæ vel conservandæ, vel tamen recuperandæ* dicitur perpetrari. Ubi dum spem, sive fiduciam appello, minime omnium illam intelligo, quæ fructus Spiritus S. est, sed vanam potius & inanem persuasionem, ex pravis suggestionibus carnis subortam. Nascitur autem vana hæc persuasio potissimum 1.) *ex depravatione Verbi gratiæ*, ut innuit textus notus, cum oraculum, Paulinum: *ubi exuberavit peccatum, ibi magis exuberat gratia*, mirum quantum perverterent Pseudo-Apostoli, & in licentiam peccandi traherent, *v. l.* 2.) *ex bona intentione, cum actu illicito conjuncta*, quod itidem hinc patet, quia perseverare in peccatis volebant, ut DEI misericordia posset illustrari, *ib.* 3.) *ex peccati regnantis extenuatione*: Fingebant enim, peccatum in regentis & cum DEO reconciliatis, velut in filiis, dissimulari, nec DEUM obrem adeo leviculam, statim commoverit; *Sub gratia sumus*, inquietabant ex mente ipsorum, *lex non dominabitur nobis, v. l.* Tandem. 4.) *Securitate a metu pœnarum temporalium & æternarum*. Non enim credebant, hominem per peccatum, mortem mereri, sed ex conditione naturæ tandem interire; quibus adeo aphorismus opponendus erat: *peccatum esse mortis obsonium, v. 23.* Atque hoc illud

illud est, quod S. Judas in Epistola sua vocat: *χάρις τῆς θεῆς ἡμῶν μετατιθέναι εἰς ἀσέλγειαν*, gratiam D E I transferre ad lasciviam. Verbum enim hoc significat aliquid a fine & scopo suo ad alienum & contrarium transferre, *Ebr. VII. 12. Gal. I. 6.* Cum ergo scopus gratiæ Evangelicæ sit in hominibus operari sanctitatem, & virtutem, *Tit. II. 11.* Pseudo-Doctores ex his aliisque carnis suggestionibus scopum illum transferebant ad luxuriam suam palliandam, & sub prætextu libertatis Evangelicæ omnem vitæ turpitudinem invehere laborabant. Pluribus autem id persequitur Sapiens: *Ne dicas peccavi, & quid mihi factum est? Dominus enim est longanimis. De reconciliatione ne securus es, ut addas peccatum super peccata. Et ne dicas, misericordia ejus est multa, multitudinem peccatorum meorum reconciliabit: Misericordia enim & ira apud ipsum, super peccatoribus requiescit furor ejus. Ne procrastina convertere ad dominum, & ne extrabe diem ex die: subito enim egredietur ira Domini, & in tempore vindictæ peribis, Cap. V, 4. seqq.*

§. XIII.

Quod si his assertis subnectere exempla, foret animus: nā campum longe amplissimum ingrederet. Qui enim ex ejusmodi *detorsione Evangelii*, carnis palliare illecebras ausi sunt, jam tempore Apostolorum, & deinceps extiterunt. Cerinthianos constat, atque Ebionitas mille annorum delicias sibi promississe, idque ex Joannis Apocalypsi male intellecta fingebant. *Cerintus, hostis ille divinarum Scripturarum*, Eusebius ex Dionysio refert,

ser-

sentit, mille annorum spacium in nuptialibus festis transactum iri, quo facilius imperitos homines decipiat. Hæc enim fuit illius opinio: regnum Christi terrenum futurum. Et quarum rerum cupiditate ipse flagrabat, utpote voluptati corporis obnoxius, carniq̃ue addictus, in iis regnum Dei situm fore somnauit. Hoc est, in cibo & potu, ac nuptiis; (at Chiliastæ nostri ab hoc alienos se esse simulant, cuius mollius de his loquantur, sed similem fucum faciebat Cerinthus, ut sequitur,) atque ut honestiori vocabulo istiusmodi voluptatis velaret, in festis & sacrificiis atque hostiarum mactationibus regnum DEI situm esse contendit. Addit Eusepius, quod auctoritatem figmentis suis ex Joannis Evangelio mutuatus fuerit, Lib. III. H. E. c. 28. Non dissimilia sunt, quæ de Menandro, Simonis Magi discipulo, scribit Augustinus: Quod concubitu[m] mulierum promiscuum, amplexus, omnemque meram turpitudinem, tanquam gratiæ Dei erga homines fructum, bonos denique & sanctos mores, qui lege Dei iubentur, per gratiæ DEI prædicationem, ut jam inutiles & vanum studium tolli & antiquari senserit, & quod Saturnius turpitudinem Simonianam in Syria confirmauerit, Cap. I. de Hæres. Ceterum de Gnosticis, qui ad ævum Apostolicum proxime accedebant, portentosa plane sunt, quæ refert Epiphanius: Finito convivio, cum satietate venas distenderint, ad libidinem irritantur. Deum Vir a muliere discedens, sic eam alloquitur: Surge, & fratri caritatem exhibe. Addit auctor, quod peracto stupro subinde preces contemperint, quasi commissum facinus illico bonis operibus expiare potuerint, Hæres. XXVI. §. 4. Quinimo subjungit scriptor fide dignissimus:

Post-

Postquam iterando sapius concubito, ac fictis illis nominibus repetendis, (quibus congressus indicabunt) DCCXXX. numerum implerunt, deinceps, qui id egerit, (horresco dicere) palam de se predicare non dubitat: Ego sum Christus, ib. §. 9. Incredibile dictu est; sed tamen fidem omnium temporum impetrat, quod opinione sanctitatis, ad eorum turgescant nonnulli, ut gravissima licet scelera perpetrent; tamen in ipso Dei conspectu se pro sanctis habeant, nec ullam ejus vindictam extimescant. Quod si enim de peccatis arguantur: non se peccasse quoad internum hominem, regerunt, sed tantum quoad externum & bestialem illum, corpore & anima constantem. Internum autem hominem, excitari ex Deo, quod in profundissimo animæ fundo lateat, adeoque spiritus itemque & Christus internus aliquando dicatur. Hunc itaque internum hominem, purum semper & sanctum manere, etiamsi bestialis homo peccet, studio autem virtutis indies eundem augeri, tandemque desicari. Vid. Colberg. Christianism. Platon. P. I. 106. P. II. 374. adde recentem Auctorem, Von der alten und neuen Schwermer Wirttäufferischen Geist/ p. 53. seq. quo libro præclare meritis est auctor ille de Ecclesia, dum adeo vivis coloribus veterum fanaticorum facinora depingit, ut novelli, qui hodie turbant Ecclesiam suam ipsorum imaginem in iis contempluntur.

§. XIV.

Levius quidem peccant, at tamen peccatum mortale sibi dominari sinunt, qui ex bona intentione in actu illicito versantur. Et tales quidem erant, qui, cum interficerent Christi discipulos, existimabant, se victimam immolare

D

DEO

DEO gratissimam, Jo. XVI. 2. prætexebant enim impietatis suæ pietatis imaginem, ac veræ pietatis Doctores impietatis reos peragebant, ut Erasmus in paraphrasi ad h. l. asserit. Ita Sacerdos quidam Hispanus liberos furrripuit Saracenis, quos simul ac sacro fonte tinxerat, e medio sustulit, mente adeo securo, ut superis, si placet, innocenti infantium sanguine religiose admodum litasse crederet, auctore Abton. de Sarafa, in arte semper gaudendi, Tom. I. p. 79. 80. Ecquid vero de iis habendum, qui capitali quodam odio accensi in mutuam prodeunt certamen; delicti tamen veniam sperant, si sacris prius epulis fruantur? Sic de Christianis superiorum temporum memoriæ proditum est, quod in duellum prodituri, singulis fere passibus se salutifero crucis signo præmuniverint, quin & verbi ministrum habuerint comitem, qui moribundos solaretur, Madero teste, de Duello, p. 54. & 119. Arbitrium hujus rei sit penes Apostolum, qui iras, concertationes & cades inter manifesta carnis opera refert, & qui talia perpetrant, ex regno DEI excludit, Gal. V, 20. 21. Qui famam, aut leges patrias obtendit, audiat illud Hincmari, Remensis Archiepiscopi: defendant se, quantum volunt, qui ejusmodi sunt, sive per leges, si ullæ sunt, mundanas, sive per consuetudines humanas; tamen, si Christiani sunt, sciant, se in die judicii, nec Romanis, nec Gundebadis, sed divinis & Apostolicis legibus judicandos, Opp. p. 340.

§. XV.

Pergo ad extenuationem peccati, qua sibi in gravissimis sæpe sceleribus multi blandiuntur. Cum enim quæ

quavis fere natio suo indulgeat genio, quaestio moveri poterat *utrum* nationalia illa vita, quo ut plurimum sub spe consequendae veniae admittuntur, in regnantium classem referenda sint? Germanos enim ad ebriositatem, Italos ad libidinem, Hispanos ad fastum, Gallos ad levitatem procliviores esse, auctores observant, qui de moribus gentium aliquid tradiderunt. Equidem humanae imbecillitatis DEum vel maxime rationem habiturum esse, nihil dubii est, dum *unusquisque a propria concupiscentia abstrahitur & inescatur, Jac. I, 14.* Interim tamen lex in his talibus non dispensat, nec, ubi quis peccatis hisce succumbit, atque reluctari desinit, de gratia salutari & fide certus esse potest. *Nam proprietas vera fidei non est, querere turpitudinis privilegium, sed corde contrito querere peccatorum remissionem in verbo & sacramento propter Christum,* ut saepius inculcat Chemnitius, *part. III, LL. p. 103.* Ceterum pharisaei, *δοκίμοι* illi, & opinione justitiae suae turgidi; ut viam sibi sternerent ad perfectiorem legis impletionem, statuebant, quadam mandata DEI esse levia, nec aeternam condemnationem mereri, quos ideo Servator corrigit, *Matth. V, 21. seqq.* Horum discipuli Romanenses, distinguunt quidem inter peccata mortalia, ut appellamus, atque venialia; sed abutuntur hac distinctione ad asserendum, peccatis minoribus non amitti perfectionem justitiae, nec adeo contra legem DEI peccata venialia militare. Cujus rei non obscurum specimen patres Tridentini nobis exhibent, qui *Seff. XIV, c. 6.* statuunt, non esse necesse, conteri de venialibus peccatis, nec ea confiteri. Cum vero praecun-

te Lombardo , γνωμοδιδασκαλῶ , septem tantum peccata mortalia constituent : *superbiam , avaritiam , invidiam , iram , acediam , gulam , luxuriam* , reliqua vero venialia esse censeant , quivis intelligit , *atheismum , heresim , blasphemiam , perjurium , rebellionem in parentes aut principes* , & plura cujusmodi inter venialia referri , nec confessionem illorum exigi , *vid. Chemnit. Exam. Concil. Trident. p. 383. Item Sedanenses , Thesaur. Disp. p. 213.*

§. XVI.

Atque hinc est , quod Pontificii etiam a futuris peccatis , interim animo jam conceptis , absolvere soleant suos , non eum in finem , ut a cœpto crimine desistat poenitens , & in novitate vitæ ambulet , sed ut nihilominus committere istud pergat , ea fretus fiducia , quod animam nihilominus indemnem servaturus sit. Nota est illa Tezelii nundinatio , qua certo soluto pretio , simplicibus pro perpetrandis adhuc peccatis diploma dedit. Lepidam historiam ex monumentis fide dignis , refert. Seckendorffius : *Cum Lipsiæ esset , & multam pecuniam a civibus & nobilitate corrasisset , convenit eum Nobilis quispian fraudem ejus subodoratus , & ex eo quaesivit , an absolutionem impertiri posset de peccato , quod in animo sibi proposuisset ? respondet Tezelius , se id posse , sed accepta pecunie summa parata. Nobilis nihil cunctatus , quod poscerat , solvit , & indulgentiarum diploma pro crimine desinato , Tezelii manu & sigillo firmatum , accepit. Non multo post , cum Tezelius Lipsia discederet , Nobilis , explorato ejus itinere , loco commodo illum per insidias adortus , nummis spoliat , & fuste insuper probe dedolat , vacuumque Li-*

Lipsiam dimittit, indicans, hoc esse illud peccatum, quod in mente habuisset, & pro quo veniam impetrasset. *Hist. Lutheranis. Lib. I. Sect. XII. §. 12. p. 26.* Equidem thesin ipsam de absolutione a futuris peccatis non facile defendunt Pontificii: interim eam satis demonstrant in praxi. Ecquem enim latent Jacobi Clementis & Fr. Ravallaci facinora, in Reges Gallia commissa? Et de hoc quidem Thuanus refert, quod Henricum IV. interfecturus *Sacrificio Missatice interfuerit, precatusque sit, ut gratia DEI & communionis fidelium particeps fieret: Hist. ad A. 1610. 83.* Accedit, quod Pontificii superstitione nimis suum propugnent sigillum confessionis, de non detegenda in Remp. machinatione, ne in causa quidem Majestatis, & præsentis Regis ac regni periculo. Cujus rei exempla, ex actis Anglicanis juxta & Gallicis producit Zieglerus noster, *Jur. Canon. ad. Lancellottum, p. 356.*

§. XVII.

Nunc vero restat illa, quam in dicavi, *securitas a metu pœnarum temporalium & æternarum*, quæ sæpenumero conjuncta est cum induratione. Et tales quidem erant auditores Amosi, dicentes: *Non appropinquabit & non præoccupabit nos malum istud, c. IX, 10.* Nec alius indolis auditores Sophoniae erant, qui defixi in facibus fuit, inquebant: *Non faciet bene Dominus, & non faciet male. C. 1. 12.* Tales omnino plurimi inter Israelitis, qui de malo ad malitia succederet, exultabant, *Jer. IX. 3. seqq. XI. 15.* Hinc ira Dei excandescit in illos: *Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam illos. v. 11. seqq.* Sed de his tractatores homiletici uberius agunt.

D 3

§. XVIII.

S. XVIII.

Itaque & ultima conditio, hujus peccati, quæ per definitionem nostram a *sine* & *effectu* ducitur, facile innotescit. Finis enim, ad quam peccator adspirat, *bonum* non verum & honestum, sed *imaginarium* & vel reclamante conscientia, *turpe* est. Sic avarus sæpe DE-um abnegat, ut acquirat divitias, quare etiam in Scripturis *Idololatra* vocatur, *Eph. V. 5.* Sic ambitiosus sæpe religionem suam dissimulat, aut deserit plane, ad consequendum majorem nominis splendorem summumque honoris apicem; ratus, si orthodoxam fidem saltem corde foveat, veniam peccati sibi paratam fore. Sed adversus hos militat illud: *Quisquis negaverit me coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo, qui est in cælis, Matth. X. 33.* tum & istud, quod habetur, *Apoc. XIV, p. 10. 11.* Sic, qui perjurium committit, ne vel coram mundo existimationem & famam, aut Patroni cujusdam favorem perdat: bonum nonnisi *imaginarium* confectatur, at cauteriatam tamen reddit conscientiam, utur spe gratiæ recuperandæ, eam tranquillare sustineat, *Matth. V, 33.* *Effectus* & consequens hujus peccati est amissio fidei, cœu gratiæ specialis, & tandem condemnatio a terna; non *peremptoria* quidem & *absoluta*, sed propter *μακροθυϊαν* Dei *dilatatoria*, & *hypothetica*, nisi vera scilicet subsequatur conversio, ut definitio habet. Atque hoc membrum ideo in omni definitione peccati mortalis addendum esse censet Chemnitius, ne hæc doctrina conjiciat lapsos vel in desperationem, vel in sensum reprobum: L. de pecc. p. 102

S. XIX.

Jam igitur princeps propemodum quæstio relinquitur:

an qui toties sub spe veniæ peccavit, & in eodem usque ad ultimam mortis horam perseveravit, peremptorie & finaliter, ante finem vitæ rejectus sit, adeo amplius in gratiam Dei recipi non possit? Equidem ἐξαργάνιον hoc bellum est, & pridem depugnatum, sed tamen hujusmodi, quod nullo unquam tempore finiendum est. Veritas enim Evangelica nunquam deserenda, sed instar depositi divini, omni posteritati commendanda. Sed audias occentari proverbium illud tritum: *Wer auff Barmherzigkeit sundiget / dem wird mit Unbarmherzigkeit gelohnt*: cujus haud dubie sensus est, gratiam Dei sæpius spretam verti in implacabilem furorem. Nec nego, qui in hoc peccato perseveret, & in finali impœnitentia decedat, colligere sibi iram in die judicii: interim, dum in via est, ἡ μακροθυμία Dei semper habet obviam, quæ non definit, nisi cum vita, id quod velut nescientibus exprobrat Apostolus: *An nescis, quod bonitas Dei ad pœnitentiam te invitit*; Rom. II. 4. Ergo Dei gratia adhuc major est, quam hominum impœnitentia: & qui hoc negat, is demum *contemnere, & flocci facere censetur divitias bonitatis, tolerantia & lenitatis divina*, ex sententia Chemnitii, l.c. At enim vero, annon hoc est, securis sternere pulvinar, & ad nequitiam lupinis manibus invitare? Minor vero & sæpe indignor, adeo projecti pudoris esse hominis, ut Evangelium pro securitatis asylo habeant, quod suo natura est *potentia ad salutem*, Rom. I. 16. Annon satis suscitabili est, hunc peccatorem non esse *sub gratia, sed sub lege*? i. e. quoties Dei nomen personat, non posse Deum appellare Patiem, sed extimescere, ut judicem; cum ad se respicit de omni virtute & justitia desperare; præterea singulis momentis expo-

positum esse pœnis, si non illico æterris, temporalibus tamen, quas si vix sufferunt credentes, cum castigationes paternæ sunt, ex quo animo ferent impœnites, cum virga ferrea se percuti sentient? Verbo: Scriptura S. nullibi portam peccandi aperit; sed ubi quisquam est lapsus, nullibi eandem occludit, quod uno quodam emphatico Aphorismo conjungit Joannes, *1. Cor. II, 1.*

S. XX.

Denique censuram peccatorum multo difficillimam esse judico. Sæpe enim vel oculatissimus Eli pro temulenta & ebria habuit feminam, quæ tamen vero in Deum amore flagravit. Vicissim, Phariseus aliquis trabem in oculis suis non advertit, & in alienis festucam perspexit, qua occasione temerarium judicium Christus reprehendit, *Matth. VIII. 1. 2. seqq.* Itaque cautela hic opus est, ne quod ex infirmitate & præoccupatione carnis committitur, illico pro hoc tali peccato habeamus, quippe quod tum demum emergit, cum cessante lucta & voluntate in obsequium redacta, regnat, idæoque mortale, contra conscientiam, & proæreticum peccatum est, ut supra patuit. *Sunt enim quedam vitia, sine quibus hæc vita transigi non potest, ut Augustinus alicubi loquitur. Proinde, qui sibi videtur stare, videat, ne cadat, 1. Cor. X, 12.* Male autem sibi stare videtur, & qui Epicureæ indulget securitati, & qui Pharisaicæ sanctitatis opinione turget. Uterque enim propius abest a casu. Luctandum itaque nobis per omnem vitam est, & ubi succumbamus, quotidiana pœnitentia resurgendum, & properandum ad *ἰλασῆγιον* cum publicano: *O Deus, propius esto mihi peccatori!*

Luc. XVIII, 13.

S. D. G.

ED - Beg 2002


01 A 6739


Sb.

Do

Reha ✓

41
Juli





DISPUTATIO THEOLOGICA SOLENNIS,
DE
PECCATO
SUB SPE VENIÆ
COMMISSO,

AD ROM. VI.

QVAM,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO AUGUSTO,

PRINCIPE REGIO, ET ELECT. SAX. HEREDE, &c. &c. &c.

SUB PRÆSIDIO

IO. GEORGII NEUMANNI,

SS. THEOL. D. PROF. PUBL. ALUMN. ELECT.

EPHORI, ET ACADEM. BIBLIOTHECARI,
PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS CONSEQVENDIS,
DEFENDET

M. FLORIANUS *Slepperbein* /

Hactenus Scholæ provincialis Jeveranæ Rector, nunc vero Confi-
liarius Ecclesiasticus Servetta-Anhaltinus, Jeveranarum Ecclesiarum
Superintendens. & Pastor Primarius oppidanus designatus,

AD D. XXIX. JUN. A. O. R. *cl. 1766* II.

Horis ante- & pomeridianis.

DENUO EXCUSA.

WITTENBERGÆ, LITERIS MEYERIANIS, 1714.

(4)